1. f. 11. Diss. Jur. n. 26. 8 ...

Divina favente Clementia!

MERUM IMPERIUM IN BRUTA,

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPE
ac Domino, Domino

WILHELMO LUDOVICO,
Duce Würtembergiæ ac Tecciæ, Comiti Montiſpeligardiæ, Dynaſtæ in Heydenheim, &c. &c.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

Ex Decreto & auctoritate Ampliſſimi JCtorum Ordinis in Illuſtriſſima hac Univerſitate,

Diſſertatione Juridica inaugurali

SUB PRÆSIDIO

JOH: ANDREÆ Frommann/ U. J. D. & PP.
Facultatis h. t. Decani,

Pro

LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia ritè conſequendi

à

GEORGIO ELSPERGERO, Ratiſp.
propoſitum.

Quod

Placidæ Eruditiorum ventilationi exhibebitur
Die Octobris
horis, locoque ſolitis.

TUBINGÆ
Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S. R. I.

LIBERÆ AC FLORENTISSIMÆ
REIP. RATISP.

DNN. CAMERARIIS AC RELIQUO AMPLISSIMI SENATUS ORDINIS,

VIRIS

NOBILITATE PERSTRENUA, AUCTORITATE MAGNIFICA, LONGOQUE RERUM USU QUÆSITA PRUDENTIA, INCLUTIS,

PATRIÆ PATRIBUS,

Dominis ac Mæcenatibus ſuis gratioſis

Vita, felicitas, gloria!

EſSt hic Seculi ſive genius, ſive languor, ut liberalia ferè cuncta ſtudia faſtidioſo traducantur ſupercilio; Humanioribus operari res puerilis dudum fuit; Et quotusquiſque eſt, qui paucas horas eis impendere dignatur? Imprudens eſt, & vitæ ſuæ hoſtis, qui frequentiùs paulò adhibuerit in Conſilium Muſas; qui ignavis vacare velit Diſputationibus, ubi muliercularum more penes eum victoria eſt, qui clamare plus poteſt: inepti, fungi, & neſcio cujus malè feriati nomine audit. Ita plerumque accidit, ut quibus paulò largiores opes fortuna naſcentibus indulſit, literarum ignobile miniſterium exiſtiment, & inertem umbraticam quamcunque vitam! Verùm utut frequens & ad ravim uſq; decantata hæc querela ſit, nondum tamen omnium meruit calculum, ſed diverſam ſequitur partem, quantò quiſq; cordatior eſt. Equidem non inficior eſſe, qui parvi pendant, nõ modo quicquid eſt humanioris literaturæ; ſed & in ipſa ſcientiarum penetralia, & illas artes, ſine quibus vita humana vix ſubſiſtere, commodè certè, non poteſt, faſtidioſum immittunt oculum. Fateor eſſe qui ſugillent, qui blaſphementur: Eſſe, qui averſentut penitus. Aſt, non propterea Eruditorum carior annona eſt, aut literæ deſpicatui ſunt omnibus! Eamus in rem præſentem, & quadragenario auſim Sacramento affirmarę, nunquam cultiores enituiſſe literas, nunquam lætum adeò extu-

liſſe caput artes, atque hoc ipſo Seculo, quo verè faſtigium tenent ſcientiæ. Nec inter plebis tantum fæces ea res deſedit, ſed ad primarios pervaſit, & ſceptris & ſolio natos in partes traxit animos. quod pronum demonſtratu, ſi aut illorum pati poſſet conditio, aut Veſtrâ mihi abuti fas foret patientiâ. Ac proindè tot præclari etiamnum Studiorum Patroni, imò Parentes & providæ extant nutriculæ, quibus, ne literaria res ullum caperet detrimentum, ſedula ſemper cura fuit. Quos inter cum non poſtremum obtineatis locum, atque hoc ipſo Respubl. Veſtra ad immortalitatem pleno gradu jam dudum contendat: Eò ſemper anniſus ſum, ut & mea Vobis placere ſtudia, & aliqua in parte proficua quondam eſſe poſſent. Sanè huc mentem, huc vota converti, huc denique ultimus hic redit labor Academicus, auſpiciis Veſtris & ipſe natus, quem proindè A. A. V. V. Nominibus inſcribere, ac ſacrum facere non dubitavi.

Accipite Viri Nobiliſſimi, fronte ſerena, pauperem cultum, qui mole ſalsâ fit, dum thura deficiunt, favoreque VESTRO ac gratiâ putate dignum, qui

M.M. N.N. P.P. V.V. A.A.

Tubingæ die Menſ. Octob.

amat devotè
colit humiliter

G. E.

C. J. N. D. N. J. C.

PROOEMIUM

De

SCOPO ET MATERIA.

MERVM IMPERIVM IN BRVTA, privati quondam diſcursûs materia, neſcio quâ penitiùs inveſtigandi cupidine animum hactenus diſtinuit; cumque paucis, nec niſi perfunctoriâ curâ, delibatam viderem, digna mihi viſa eſt, quæ publicæ diſſertationi præberet argumentum. Eam igitur dum paulò altius repetendam ſumo, Tu mihi, Dux magne DEVS, vires ingeniumque ſuffice, ut vera videam, dijudicem, promam: Vniverſa in æterni nominis Tui gloriam, proximique emolumentum.

Caput, I.

Exhibens diverſam Vocabulorum acceptionem.

1. PRimam autem curam circa Vocabulorum acceptionem occupabo; Cum enim Jurisdictionis & Imperii, nobile Juris Civilis caput & verè clavis Univerſi dictum Zaſio *ad l. 3. ff. de Jurisd.* nimiâ Interpretum licentiâ multis difficultatibus involutum ſit, cavebo in limine, & ambiguitatum his impedimentis ſemotis, viam præ-
2. muniam, quam dehinc, pede minus offenſo, ingrediar. Et quidem vocabulum Imperii, quod vario ſignificatu exhibent Matth. Stephani, *libide Jurisd. cap. 6.* Paurmeiſter *1. de Jurisd. 11.* quò
3. curioſum lectorem, ne actum agam, amando; Non intelligo de Univerſali illo dominio, quod DEUS homini conceſſit in bruta, Genes. 1. v. ult, & Cap 9. v. 2. De quo poſtea dicendi
4. locus. Nec de dominio eminente, quod Civium bonis legem figit, ſenſu alio Grotio, diverſo longè vulgo uſurpata, vid. Nobiliſs. Dn. Bœcletus *in notis ad Grotium lib. 1. de J. b. & p.*
5. *c. 1.* Sed ex inſtituti ratione accipio pro poteſtate judicantis de
6. crimine, ſive animadvertendi in facinoroſos; Illudque voce meri, quod prætermiſſis aliorum opinionibus, quas recenſet Joachimus Stephani *de Jurisd. Judæorum l. 1. cap. 2. n. 6. & ſeqq.* Matth. Steph. Paurm: *Supra alleg. locis.* nil aliud, quàm purum, ſolum, aliis non commixtum, ſignificare puto, *arg. l. 31. pr. ff. depoſ. l. 22. §. 3. mandati, l. 82. propè med. de condit. & demonſtrat. l. 5. d. V.O. l. 27. de donat. &c.* ut ſpeciem oppoſitam, â Jurisdictione, & quod contra ei cohærere, *l. 1. § 1. de offic. ejus cui mand. eſt Jurisd.* ineſſe, *l. 3. de Jurisd.* dicitur, mixto Imperio;
7. ſeparo, ac diverſum facio: Senſu non eo, ac ſi in cauſis meri Imperii, quod quibusdam placere video, nulla planè cognitio intercedere, aut Jurisdictio criminalis in executione tantùm conſiſtere deberet, cognitione ac judicatione, tanquam nu-

dâ

dâ notione, ad alium pertinente. Id enim nec olim obtinuit, 8.
cum illi ipſi, quibus Jus coërcendi datum, tantùm, non alii
de criminibus cognoverint. Vid. Bernh. Sutholt *diſſertat d. Jurid.* §. *388.* Bachov. ad Treut, *V. 1. diſp. 3. θ. 3. c.* D. Hahn. *ad Weſ. π. d. Jurisd. n. 6.* Vinn. *tract. d. Jurisd. pag. m. 20.* & uſui
hodierno adverſum eſt. Sed in uſu Juris Romani, & reſpe- 9.
ctu habito ad veteris Reipub. Statum, quo omni aliâ Jurisdictione penes Magiſtratum exiſtente, merum Imperium populus Romanus ſibi ſoli reſervavit, per legem in XII. tabb extantem, relatam à Cicerone *in lib. 3. de ll.* his verbis: *De capite Civis, niſi per maximum Comitiatum, ne ferunto.* Quâ lege, ut
& quod de Libertatis Civitatisque Jure, non Prætoris, Conſulis, 10.
aut Præſidis alicujus, ſed ſolius populi judicium eſſet, conſtantiſſimè ſemper populus Romanus uſus eſt, teſte Ræyardo *ad L.
XII. tabb. cap. 27.* nec niſi extra ordinem & ſpeciali lege, in 11.
ſingulis caſibus, Sutholt. *d. diſſert.* §, *282. & 284.* mandare ſolebat Imperium hoc, *l. 1. §. 1. d. offic. ejus cui mand. eſt Jurisd.
l. 2. § 16. d. Orig. J.* Quo factum, ut à Jurisdictione, Ma- 12.
giſtratûs ſcil. Iure competente, (quæ vox ſolùm de cognitione & dijudicatione civilium cauſarum tunc uſurpari ſolita, Vin. *d.
tr. c. 1. n. 3,*) & Imperio mixto, non modo ſeparatum, ſed & ei 13.
oppoſitum eſſet, ut eleganter docet Hugo Donellus *in Comment. lib. 17. cap. 8. p. m. 32.* & hoc ſenſu loquitur Cicero *in Orat. pro Luc. Murenâ*, ubi poteſtatem Jus dicendi quæſtioni, ſeu mero Imperio (ut explicat Carol. Sigon. *d. antiq. Jur. Provinc. cap. 7.*) diſertè opponit. add. Roſin. *antiq. Rom. lib. 9, cap. 18.*
Ac tametſi poſtea mutatâ re ceperit hæc poteſtas alicui ſemel tri- 14.
buta perpetua fieri; imò annecti Præturæ, Præfecturæ urbis
Romæ, Præſidiatui item in Provinciis, *l. 1. in f. pr. de Off. ejus* 15.
cui mand. &c. l. 6 § 8. de offic. præſid. l. 6. pr. de offic. Proconſ. l. 1. §. 3. de pœnis. l. 6. §. 1. de interd. & releg. l. 1. §. 4. de legat. 3. atque ſic cum ordinario Magiſtratûs officio & Jurisdictione
conjungi; Non tamen propterea cum Cujacio *in l. aliud* 16.
fraus, 131. §. 1. ff. d. V. S. ſtatuendum, quòd tunc Magiſtra-

tûs

16. tûs Jure competere cœperit merum Imperium; Nec enim
Prætor, Præfectus Urbi, Præſides, id ab eo tempore habue-
runt, ut Magiſtratus, ſed ut ii, quibus id ſpecialiter permiſ-
17. ſum fuit, *d. l. 6. §. 8.* habuerunt id ex SenatuConſulto, *d. l. 6.*
pr. aut ex conſtitutione Principis ſibi datum, *d. l. 1. §. 4. junct.*
d. l. 1. princ. ff. de off. ejus cui mand. eſt Iurisd. Conferatur Bernh. Sut-
holt. *d. l. θ. 384. & ſeq.* & eleganter hâc de re diſſerens Bachov.
ad Treutl. d. Vol. 1. d. 3. θ. 6. lit. e. Undè in Jure Juſtinianeo hoc per-
petuò manſit, atque etiam nunc gladii poteſtas Voce meri Im-
18. perii conſtanter appellatur, teſtante Donello *ſupra alleg. loco*,
quod nec hodiè Jure Magiſtratûs competere, rectè docet Sut-
holt., *d. l. θ. 406. juncta θ. præced.* quamvis ſecundum hodiernum
19. morem & Pragmaticorum uſum, Jurisdictione altâ ſeu crimi-
20. nali, Germ. Obergerichtbarkeit / Peinlich / Halßgericht / Blut-
bann / venire rectiùs poſſe, cum Reink. *d. reg. ſec. & Eccl. lib. 2.*
claſſ. 2 c. 17. n. 31. Beſold. *in theſ. pract. voce* Blutbann. Wehn.
in Obſ pr. voce Zent / Bernh. Sutholt. *d. l. §. 412.* non negem. Add.
Petr. Theodor *in Colleg. Crim Diſp. 10. θ 5. tit. a.* Beſold *p. 5. Conſil. 233.*
pag. 128. n. 34. qui differentiam meri & mixti Imperii in Rep.
noſtrâ ferè penitus abolitam cenſet. Quæ ipſa Jurisdictio alta,
uti in genere Jurisdictio, proprio Jure, Principum & Statuum
21. Imperii præcipuum Jus Superioritatis territorialis meritò cenſear,
ut cum Knichen. Roſenthal. Klock. & aliis rectè ſtatuit
Magnif. Dn. Myler ab Ehrenbach / *in tract. d. Principp. & Stat.*
Imp Rom. c. 48. n. 1. add. Sutholt. *d. loc. n. 413.* Carpzov. *in*
pract. Crim. quæſt. 119. ubi de alta & baſſa Juriſd. n. 4 & ſe-
quentibus.

CAPUT II.

DE

Definitione rei.

1. HIs tanquam generalibus præmiſſis, ipſi rei accin-
gor, atque à parte ejus Principali, quæ ſecundum Philoſophos
definitio eſt, deduco exordia; MERUMque IMPERIUM IN
BRU-

BRUTA dico *Jus, ſeu poteſtatem gladii animadvertendi in bruta, quæ ob ſpeciem maleficii ingentis, ad deteſtationem Criminis, & memoriam rei tollendam, aboleri digna viſa ſunt, Jure Civili conſtitutum.*

Et quidem Jus ſive poteſtatem gladii, ex *l. 3. de Juriſd. l. 70. de Reg. Iur. l. 6. §. 8. de offic. Præſid.* tùm quod gladio hæc poteſtas ſignificatur. vid. Hillig. *ad Donell. lib. 17. Comment. cap. 8. in not. lit. pp.* Hoc ſenſu loquitur Tacitus *3. Hiſtor.* Vitellium à latere pugionem Cæcilio Simplici in concione reddidiſſe, tanquàm Jus vitæ & necis. Et referri hûc poſſumus illa D Pauli *ad Rom. 13. v. 4.* facit Jobi *19. verſ. ult.* Unde Quæſitores Criminum, ſcil. publicis quæſtionibus præfectos, gladio poſito Judicium exercuiſſe, refert Roſinus. *d. lib. 9. c. 18.* (quem morem in Judiciis criminalibus hodienum multis Germaniæ locis uſitatum eſſe, experientiâ clarum eſt,) tùm quod gladii pœna tunc uſitatior, quippe quâ ſolâ vita adimebatur, *arg. l. 8. §. 1. ff. de pœn.* Joach. Steph. *d. Iuriſd. Iud. num. 58. & ſeqq.* donec poſtea alia quoque pœnarum genera complecti, *argum. d. l. 8. §. 1. in f.* & hodiè pro quovis modo, quo vita homini adimitur, uſurpari cepit. Ludov. Gilhauſen *in arb. Iud. Civ. cap. 1. part. 1. §. 3. n. 3 & Crim. c. 1. n. 3.* add. Matth. Steph. *de Iuriſd. lib. 1. cap. 6. n. 93.* Reink. *de reg. ſec. & Eccl. lib. 2. cl. 2. cap. 17. n. 20.* Vinn. *tr. de Iuriſd. c. 1. num. 5.* Conf. Bachov. *ad Tr. V. 1. Diſp. 3. th. 5. a.* 3. 4. 5. 6.

Animadvertendi verbum hoc in loco pro ſummo ſupplicio, ſc. morte naturali uſurpatur; Senſu quo Ciceroni *in Epiſt. ad Attic.* cum dicit: ſententia Catonis de animadverſione, i.e. necandis conjuratis: & aliis Scriptoribus acceptum. vid. Reinck. *alleg. loc.* Quamvis enim in ſubjecto ipſi proprio latiùs omninò id explicandum veniat, Bachov. *ad Tr. d. l.* quia tamen in hac materiâ aliud conſtitutum non deprehendimus, in illo reſtricto ſignificatu nobis manendum eſt. 7. 8. 9.

Animalia dico bruta, ſeu irrationalia, quòd ex com- 10.

 muni

muni opinione (diverſum licet tenente Cardano *lib. 11. ſubtilit.*) animalis appellatione & homo continetur, cui & Jus. Civ. conforme, *arg. pr. Inſt. de I. nat. Gent. & Civ.* quamvis abſolutè
11. poſitâ voce vulgò tantùm intelligatur, quod ratione caret, quemadmodum per Germanicum Thier. Vid. tn. Verſio Lutheri *Geneſ. 1. v. 24. 25.* Ea enim ſubjectum hoc loco principaliter conſtituunt.

12. Quæ, cùm ratione, ac diſcretâ delinquendi & non delin-
13. quendi deliberatione, (ſine quibus crimen committi nequit, ut vult Gloſs. *ad l. 11. §. 3. ff. de pœnis*, Petr. Theod. *in Colleg. crim. Diſp. 10. θ. 3. lit. b.*) deſtituta, peccare dici propriè ac directò non poſſint, ac proinde nec ad pœnam obligari: dicuntur in ſpeciem delinquere, h. eſt, ob motus ſpontaneos & ſenſus, qui in illis ſunt, perpetrati criminis alicujus ſpeciem ſuſtinere.

14. Atrox, ſive ingens crimen dicitur, quo tale animal hominem occidit, aut nefandâ libidine illi commixtum eſt;
15. hæ enim moribus hodiernis potiſſimæ criminum ſpecies eſſe videntur, ex quibus plecti animalia ſolent. vid. Magnif. Dn. Thomæ *Sereniſs. Principis Saxo-Altenburgici Conſiliarius & ad Comitia Imperii hodiè Legatus, in tract. d. noxia animal. cap. 27.*

16. Additur: abominatio, & memoriæ rei abolitio: principalis nimirum ratio conſtitutarum in animalia pœnarum. Vid. *cap. firmiſſimè. 3. & cap. mulier. 4. cap. XV. quæſt. 1.*

17. Tandem dicitur: Jure Civili conſtituta: ut hujus poteſtatis cauſa efficiens, ſcil. eand. introducens, proxima notetur.

Cap. III.

Cauſam efficientem ſeu originem oſtendit

1. Cauſam efficientem remotâ ſtatuo Jus divinum, ſc. legem Moſaicam. Sic enim expreſsè ſcriptum *Genes. 9. v. 5.* ſanguinem animarum

870.

rum veſtrarum requiram de manu cunctarum beſtiarum. Sed & 2.
pœna ſpeciatim deſignata, *Exod. 21. v. 28.* Si Bos cornupeta
percuſſerit Virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus
obruetur. & *Levit. 20. v.* 15. denuò injuncta: ſcil. qui cum jumento vel
pecude coierit, morte morietur: pecus quoque occidite. Sed 3.
& alibi DEUS Civitatis, quæ defecerit, jumenta ac pecora, gla-
dio cum incolis deleri juſſit, ac bona cætera conſumi, *Deut.*
13. v. 15. & 16. add. *Deut. 7. v. 2. & 25. & cap. 12. v. 3.* Quam- 4.
vis autem aliis etiam Gentibus uſitatum fuerit, bruta & inani-
matas quoque res ob homines interemptos poſcere ad pœnam.
Sic enim apud Athenienſes de cædibus à brutis & inanimatis 5.
commiſſis, in Prytaneo judicatum eſt: & Statua Niconis Thaſii 6.
à quodam ejus inimico fuſtibus cæſa, cum fortè collapſa cæden-
tem oppreſſiſſet, rea acta & in mare dejecta eſt. Joach. Steph.
de Iurisd. Græc. c. 4. Enſem, quo homo occiſus eſt, Parlamen- 7.
tum Tholoſſanum ſuſpendiſſe Anno 1540. refert Harpr. *ad* §. *1.*
Inſt. ſi quadr. paup. num. 13. Apud Arianos Indos in cavernam, 8.
quam vocant Plutonis, beſtiæ & animalia, à quibus damnum
ſibi aut ſiniſtrum omen inferri poſſe credunt, dejiciuntur. Ælia-
nus *lib. 16. ânim. cap. 16.* Et ſerpentem qui hominem necavit, 9.
variis & ab ipſa quaſi naturâ dictatis pœnis vexari apud Indos,
idem, fide ſingulari, narrat, *lib. 12. c. 32.* Ita crucifixos leones, 10.
ſuſpenſos ſues, canibus diem dictum, exterminatos mures, excom-
municatas locuſtas, & quas non pœnas, gentibus in hæc uſita-
tas, memorant Plinius *8. Hiſtor. nat. cap. 16.* Petr. Heig. *part. 2.*
quæſt. 36. Matth. Steph. *d. Iurisd. 1. cap. 6. n. 162. &c.* Boer. *de-*
ciſ. crim. 361. n. 6. Speckhan. *cent. 1. quæſt. 84. num. 15. 17.*
Zieriz. *ad Conſtit. Crim. artic. 116.* Sed & Salaminia lege per- 11.
miſſum fuit dentibus privari porcum, qui deprehenſus eſſet ſe-
getem alienam depaſcere Rittersh. *ad L. XII. tabb. part. 2. c.*
38. Illud tamen vix aliundê, quam ex Hebræorum Legibus, mo- 12.
do, quo alia multa, ut videre eſt apud Cluv. *in Epit. hiſtor.* paſ-
ſim, & Hug. Grot. *de verit. Chriſt. Relig. lib. 1. cap. 15. 16.* ubi
prolixum recenſet Catalogum, ad eas dimanaſſe arbitror, te-
ſtante id etiam Joachimo Stephani *de Iurisd. Græc. ſupra alleg*

13. *cap. 4.* Ut autem Merum Imperium ex Majeſtate fluit: imò
14. ex Juribus ejusdem haud poſtremum eſt; ita ab eadem dirigi-
tur ac leges plerumque accipit, quæ & modum ejusdem, quo
exercetur, eleg. JCtus *in l. 8. §. 1, & ſeqq. ff. de pœn.* & obje-
ctum in quod fertur, & ſubjectum exercens, & cauſas ob quas,
15. boni publici ergò, determinat. Quantum autem ad objectum
præſens, Legiſlator Romanus, & ſic Jus Civile Rom. hac de
16. re directò nil cavit. Etſi enim etiam inanimatarum rerum da-
mna & culpas comminiſci, *arg. l. 24. §. 2. de damno infecto, l. 5. §.
7. ſub f. ff. commod.* in easque pœnas ſtatuere quodammodo vi-
deatur, ut *l. 13. §. 8. ff. locati*, ubi menſuræ iniquæ ab Ædilibus
franguntur, *l. 12. d. peric. & commod. rei vend.* quà lecti in viâ
publicâ poſiti conciduntur. *l. 12. C. de curſ. publ.* Veredorum ſel-
læ præſcripta moderaminis Imperatorii libramenta tranſeuntes in
fruſta cæduntur, *l. 1. C. de aq. duct.* arbores juxta aquæ ductus
pullulantes exciduntur. *l. 8. in f. C. de heret.* libri dogmata fu-
neſta continentes comburuntur. *l. 4. §. 1. ff. fam. erciſc.* mala
17. medicamenta, venena, libri magici, corrumpuntur &c. Idemque
& ſecundùm facta Brutorum decernat, & ad damna varia, quæ
ab animalibus inferuntur, reparanda & vindicanda varia ſuppedi-
tet remedia: ut de pauperie actionem ex L L. XII. tabb. qua
læſus à quadrupede ſeu animali manſueto, adverſus dominum agit,
ut aut damna reſarciat, aut noxæ animal dedat *pr. Inſt. l. 1. pr.
& tt. ff. ſi quadr. paup. fec.* aut de dolo interdum, ſi dolus alicujus
acceſſit, ut damnum alteri à quadrupede inferretur, *l. 7. §. 6 ff.
de dolo mal.* vid. Colleg. Argent. *h. t. θ. 27. 28.* Quòd ſi animal,
cujus naturalis feritas eſt, in loco ſuſtinetur, quò vulgò iter
fit, & damnum ab eo datum ſit, ſi liber homo periit, 200. ſo-
lidorum, ſi nocitum tantùm ei ſit, quantum religioni judican-
tis æquum videbitur, pœnam in Dominum conſtituit: aliarum
rerum quantum damni datum fuerit, dominum duplo conde-
mnat. *l. 42. ff. de Ædilit. ed.* Licet quoque agere Jure Civili in
eum, cuius culpâ fit, ut à brutis damnum contingat *l. 8. § 1. ad*
18. *L. Aquil.* Attamen quin hæc omnia diverſo longè reſpectu
fiant, partim ſcil. ut autores earum rerum, & qui iis uſi ſunt,
domi-

domini, damno aliquo & ignominiâ afficiantur, aut futura damna evitentur; partim verò ad privatam & civilem actionem pertineant, ac proinde nulla eorum hîc fieri poſſit accommodatio, quis eſt, qui non videt? Quinimò, etſi Imperator Juſti- 19.
nianus in ſpecie de Sodomiæ agat crimine, in ejusque atrocitatem prolixâ invectivâ utatur in *Nov 77. Nov. 141. pr. & cap. 1.* tamen in exaſperandâ pœnâ mitis planè eſt, & hortatorem (ut cum Rittersh. *ad Nov. part. 12. cap. 9.* loquar,) ſeu Concionatorem magis agit, quàm punitorem: procul ab eo, ut vitæ pœnam in hominem expreſsè, quòd quidem Impp. fecerant *in l. 31. C. ad L. Jul. de adult.* nedum, in animal decernat. Jure 20
autem Can in ſpecie tamen in Sodomiæ crimine, abolitio Brutorum expreſsè introducta eſt, *in cap. mulier. 4. c. XV quæſt. 1. add. cap. placuit 12. c. XXIII & ibi Gl. quæſt 5.* & exindè moribus hinc indè re- 21.
ceptæ, ita quidem, ut cùm Nemeſi Carolinâ hominibus nefan- 22.
do hoc crimine ſe polluentibus pœna ignis conſtituta ſit, *artic. 116.* hæc ipſa quoque abolendi ratio in Brutis obſervetur. imò ab 23.
ipſo Carolo V. *in dicto artic. 116* introductà dicatur. Matth Steph. *de Iurisd. lib. 1. cap. 6. num. 167.* Id certum eſt, Germaniæ 24
judicia pleraque hunc morem ſequi: qui & lege ſcripta in inclyto 25.
hoc Ducatu confirmatur in Nov. Würtemb. conſtit. 1. §. welche auch. 27. ibi. Welche auch in ſo Teuffliſche Blindheit gerahten/ und ſich geluſten laſſen mit unvernünfftigen Thieren Unzucht zutreibende, ſo es im Werck vollbringen/ und ſelbiges zu rechtlicher gnüge offenbahr gemacht/ ſollen Krafft der Keyſerl. Satzung unnd Peinlicher Halßgerichts Ordnung mit dem Feuer/ neben dem Vieh / vom Leben zum Tod gericht werden. Et Bened. Carp- 26
zov. *in pract. Crim. quæſt. 76. num. 34.* ſequens præjudicium exhibet: Hat N.N. geſtanden und bekant/ das er mit einer Kuhe/ Pferde/ ꝛc. daß unmenſchliche unnatürliche Werck der fleiſchlichen Unzucht begangen und vollbracht habe: da er nun auff ſeinem gethanen Bekantnuß vor Gericht freywillig verharren/ oder daß ſonſten/ wie recht/ überwieſen würde/ ſo möchte er von wegen ſolcher begangenen und bekanten unmenſchlichen unnatürlichen fleiſch-

lichen Unzucht mit dem Feuer vom Leben zum Tod geſtrafft / und daß Vieh zugleich mit ihme verbrandt werden. V. R. W. Alia ſimilia in *num. ſeq. 39. & maximè num. 45. & ſeqq.* habet.

27. Et ita quoque incluta; hujus Univerſitatis Facultas Juridica hactenus, ſuâ ratione, reſpondere ſolita eſt. *Conf.* Zieriz. *ad d. Conſt. art. 116.* Damhoud. *pr. Crim. c. 96. n. 15.* Petr. Heig. *ſupra alleg. quæſt.* Matth. Steph. *d. c. 6. num. 162.* Jul. Clar *recept. ſent.*

28. *ſub fin. quæſt. 99.* Circa alteram autem, quâ homo à beſtia aut pecude occiditur, ſpeciem, variatum; pœna quoque mortis minus frequens eſt. vid. *art. 136. Conſt. Carol.*

CAP. IV.

DE

Cauſa Materiali ſeu Objecto.

1. AD objectum hinc devenio, ſeu materiam circa quam Imperium Merum vim ſuam hoc loco exerat. Ajo id eſſe Bruta animalia, quæ vel hominem occiderunt, vel nefandâ libidine

2. illi commixti ſunt. Fera, an manſueta ſint, nihil intereſſe puto. Etſi enim, quod ſupra attigi, Jus civile diversâ actione conſtitutâ, diſcernere ea invicem videatur; id tamen alio longè reſpectu, qui hic nullus attendi poteſt, fieri, cuivis facilè patet. Sed nec ætatis diſcrimen ullum in brutis hîc, ut aliàs in

3. hominibus, *l. 12. ff. ad L. Corn. de ſicar. junctâ l. 7. ff. eod. l. 38. §. 7. ff. ad L. Iul. de adult. l. 108. de R. I.* ſervatur; uti ex Ebræis & uſu obſervavit Joh. Selden, *tract. de Iure nat. & Gent. juxta diſcipl. Ebr. lib. 1. c. 4.* Objectum autem Bruta ſunt, non princi-

4. paliter aut directò, eâ fortè ratione, quâ animantibus omnibus rependi præmia & pœnas in negotio hominum, ex aſino à leone ſervato, propterea quòd ſeſſorem Prophetam habuit, *1. Reg. 13.* collegit Rabbi Kimchius, memoratus

tus à Bochardo *in hiſtor. ſacr. anim. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 60. quâve quidam animalia ita errare poſſe ſtatuunt, ut & culpæ alicujus affinia ſint, & puniri mereantur; è quorum claſſe Socinus contra Buccium, *libro: de Statu primi hominis*, ſcribens: Aberrare bruta à viâ ſibi naturaliter præſcripta, atque ex hoc puniri propriè aut directò poſſe. Imò rationis non infimas ſcintillas in illis reſidere, propter quas benè aut ſecus facta aliquo modo diſcernere, ac per hoc pœnarum capacia fieri poſſint. Et, in hoc noſtro caſu, naturam ipſam beſtias monere ajt, (ex inſitâ illa vi & dominio univerſali, quo homini ſubjecta ſunt,) non debere eas cum homine ſe commiſcere, ſed & illum, ipſis reverendum conſtitutum, nullo modo occidendum eſſe. 5.
Sanè ſunt qui non modo exemplis planum facere conantur, animalia bruta, tales & ſimiles actus etiam naturaliter abhorrere; 6.
Quorſum reſpicere videtur Juſtin. *in Nov.* 12. *cap.* 1. *ibi: egerit v. quæ impia ſunt, & ſceleſta, & talia concupierit*, (de inceſtu loquitur,) *qualia plurima etiam irrationalia amovent animalia. Nov.* 141. *c.* 1. 7.
Et notabile exemplum de Scythico equo, arte inducto, ut cum matre velatâ nec agnitâ, coiret, narrat Ælianus *lib. IV. d. anim. Var. hiſt. lib. IV. cap.* 7. 8.
Similia exempla Ariſtot. Varro, Plinius, alii commemorant. Sed inſuper ex colligendi facultate imaginativâ, uſu memoriæ, & ſimilibus actibus, perfectam in iis rationem extruere, virtutum humanarum ſemina, boni & mali diſcretionem: (ut Ægyptios de aſpidis quodam genere ap. ſe jactare refert Ælianus *lib. X. de anim. c.* 31. Idemque de canibus Ætnæis, Vulcano ſacris.) Oeconomiæ, Reip. prudentiam, & neſcio quæ evincere audent, ut præter loquelæ & ſermonis, 9.
(quanquam nec deſinit qui & hanc beſtiis cum Pythagora, de quo Cœl. Rhodig *lect. antiq. lib.* 17. *cap.* 5. & *lib.* 29. *cap.* 14. tribuant, quos refutat Michael Piccart. *in Comment. ad Polit. Ariſtot. lib.* 1. *cap.* 2.) alia ferè inter hominem & brutum non ſuperſit differentia. quâ de re videri poteſt Rorarius Exlegatus Pontif. *in tract.* quem inſcribit: *quod Bruta utantur ratione melius homine*, & quæ in egregio opere Scrutinii ingeniorum refert Æſchatius Major *cap.* 7. & 8. nec non quod præclara de 10.

hâc

hac re diſſeruerunt ingenia, *au recueil General des queſtions. tom*
2. conference publique 52. & ſollicitè congeſſit Johan. Selden *d.*
11. *loc. cap. 5.* ubi ſimul talia refutat. Verùm enim verò, ut So-
cini argumenta vim ferre non poſſunt; non aberrare quippe à via
ſua naturali & ordinaria, lex eſt Phyſica corporibus cœleſtibus
& ſuperlunaribus propriè conſtituta, in quam peccaſſe animal bru-
tum, dum cæco impetu in hominem, quem vereri ut dominum
deberet, inſurgit, aut ad illicitos, quos adhorrere deberet a-
ctus, procumbit, dici non poteſt, nec propterea peccati reum
agi, utpote quod legem hanc inſculptam non habet, ex cujus
principio poſſet ratiocinari, ſe hoc vel illud faciendo malè face-
re; nec, eodem ſenſu, dominium hominis aut actus cum illo
12. illicitè exercitos, agnoſcere; prout nec benè, & quod in ho-
mine ſecundum virtutem eſt, faciendo quid, virtuosè agere
13. propriè dici poteſt. Proin rectè ille apud Plat. in Lach. inquit:
Equidem ô Laches, neque bruta fortia voco, neque aliud quicquam
ob inſcitiam terribilium nihil formidans, intrepidum, & fatuum. &
ap. eund. in Clityph. *Brutorum benevolentias falſò amicitias vo-*
14. *cari.* Vid. Rivet. *ad Cap. Geneſ. 9. & Exod. 21.* Ita reliquo-
rum dicta, ſpecioſa magis, quam vera eſſe aſſerta, planum eſt.
15. Utut enim Plinius etiam in hiſtoria naturali obſervaverit in ani-
malib. ſolertiam, aſtutiam, ſapientiam, pavorem, generoſitatem,
præſagia, ſtultitiam, benevolentiam, & quæ alia ſunt hominum
παθήματα; Certè tamen rationem brutis tribuere, à ratione ab-
16. errare eſt: Eam autem ab uno vel altero hujus aut illius actu ra-
tioni conſimili (ex quo hoc quidem Ælianus *de nat. anim. cap.*
15. colligit, quod utut animalia ratione careant, ſuo tamen in-
tellectu, & conveniente eis ſapientiâ non deſtituantur. & Franzk.
ad pr. Inſt. d. I. nat. G. & C. n. 9. cum Philoſophis quòd ali-
qualis in iis ſit diſcurſus) arguere, conſequentiâ nititur admo-
17. dum infirmâ & fragili. Verum igitur manet, bruta animalia,
uti nec pœnæ, ratione ſcil. ſui, & propter actus illos ſimplici-
ter & in ſe conſideratos, ſe obligare: Ita nec ſubjectum in fa-
cinora animadvertentis eaque punientis Imperii Meri conſtitui
propriè poſſe; Sed exerceri illud in ea ſecundariò tantùm, ex
analo-

873.

analogicè, quatenus videlicet vel factum hominis concurrit, vel actu aliquo ab ipſis commiſſo crimen tale perpetratum ſit, ut aboleri memoria ejus propter exemplum debeat. Vid. Vinn. *d. tr. cap. 1. n. 7. 8.* Bachov. *ad Tr. Vol. 1. Diſp 3. θ. 5. lit. b.* Petri Theodor. *Coll. g. Crim. diſp. 10. θ. 3. lit. b.* Matth. Steph. *d. Juriſd. cap. 6. n. 162. &c.* Siquidem ex ratione & eſſentiâ pœnæ 18.
propriè dictæ eſt, ut pro peccato ſeu culpa impendatur, idque ſive ea ſatisfactoria dicatur, ſive expiatoria ſive purgatoria, Verba ſunt Joh. Selden. *d. l. c. 4.* ubi latè de hac brutorum abolitione, ejusve cauſa diſſerit. Quæſtio hic incidit: Annon inani- 19.
mata quoque referri hûc queant, cum non magis peccare Bruta atque hæc poſſint? Equidem Seneca *de ira lib.* 20.
2. ait: Bruta nocere nobis poſſe, ut ferrum & lapidem. Et Pericles, ubi Epitimius Theſſalus interfectus eſſet, totum diem diſputavit cum Protagorâ, quis verè cædis illius autor eſſet, lancea, an qui eam vibravit? Imò Elæi bovem æneum, in quem 21.
puer capite impingens, mortuus eſt, de cæde damnatum exportare volentes, Apollinis Oraculo moniti ſunt, bovem eo ritu expiarent, quo ſolerent homicidium factum ab imprudente, ex Ærod. *rer. judic. lib. 3. tit. 16. c. 1* refert ſupra alleg. Dn. Thom. *tr. de noxia animalium.* Ita Romani ad delenda veſtigia & me- 22.
moriam ſceleris reorum, ſæpè numero ipſas domos everterunt. Scip. Gent. *lib. 3 d Juriſd. c. 6. n. 171.* quem nec apud nos exoleviſſe morem, teſtantur paſſim exempla, & horrendum tale, ſed quod hoc demum ſeculo extitit in Dynaſtia Ruthenica, refert Petrus Theod. *in Colleg. Crim. Diſp. 10. θ. 3. lit. b.* Sed & intueri ante paucos annos hoc in Ducatu licuit ædium, quæ in horto, crimini, de quò hîc, maximè nefando, committendo, locum exhibuerant, dirutarum, tigna, cum facinoroſo, igne combuſta. Verùm cum inanimata ad ſcopum noſtrum non perti- 23.
neant, de reſponſione hîc non ſumus ſoliciti, quæ tamen ex paritate rationis & ante dictis erui facilè poteſt. Imò faciliùs: cum in illis ne fingi quidem poſſit obligatio, aut Juris violatio, undè pœna ſequatur. Joh. Selden. *d. cap. 4.* nec adeò inepti ſint Judices, ut exiſtiment ædes aut res inanimatas alias peccaſſe,

24. Rivet. *oper. Theol. Tom 1. in cap. 9. Geneſ. Exerc. 19.* Rectiùs quæritur, quid de illis beſtiis dicendum, quæ vel cum parricidis culeo inſui, aut aliàs ad pœnas hominum adhiberi ſolita, vine Meri Jmperii id fiat, an alia qua-
25. dam ratione? Priùs verum videbatur: vid. Matth. Steph. *d. Iurisd. lib. 1. c. 6. n. 162. 163.* Vinn. *d. tr. d. Iuriſd. cap 1. num. 7.*
26. *in f.* Sed cùm nulla planè culpæ ſpecies in iis appareat, putem
27. magis fieri ex uſu dominii humani in beſtias, quàm aliquâ Juriſdictionis ſpecie, & in hoc quidem Hug. Grotii *lib. 2. d J. b. & p. cap. 21. §. 11.* ſententiam à Joh. Seldeno *in d. l. c. 4. circa finem*, per omnia approbatam veram cenſeo; in noſtro autem caſu delicti à beſtia, materialiter licet commiſſi, haud qua-
28. quam. Illud quoque dubium videtur? An hæ pœnæ ad mures etiam locuſtas & inſecta ſe extendant? Quomodo animadvertiſſe in talia quosdam refert Matth Stephan. *d. l. num 169.* & Concilium Wormatienſe ob hominem interfectum apes necaſſe, Petrus Ærod. *rer judicatarum libro 3. c.* 1 aut Pontificii in mures conſecratam hoſtiam arrodentes,
29. graſſantur. vid Hulderi mus exenteratus, &c. Sed cùm in iis verſemur delictorum generibus, quibus iſtorum animalium aut nullus, aut certè exiguus poteſt eſſe reſpectus, puto rectiùs iſtarum pœnâ abſtineri, tantò magis, quòd ejusmodi executiones riſui magis, quàm terrori aut exemplo eſſe poſſint.

CAPUT V.

Circa cauſam formalem occupatur.

1. SEquitur forma rei, quam in infligendâ pœnâ, morte nimi-
2. rum naturali, puto conſiſtere. Etſi autem Meri Imperii alii inferiores gradus ſunt; tamen pro inſtituti ratione, & qualitate ſubjecti, aliis hactenus non poſſumus facere locum. Sed,

Annon

Annon & abſolvenda innocentia ſunt, cum & hæc po- 3.
teſtas Mero Imperio contineatur? Matth. Steph. *de Iurisd. d. lib. 1. c. 6. num. 127.* Vinn. *d. tr. cap. 4. num. 3.* Dicendum 4.
quòd non: quia enim Merum Imperium in Bruta directò & formaliter non exercetur, ſed ſecundariò tantùm & abuſivè: Ideoque & abſolutio neceſſaria nulla eſt. Dubium hîc primò eſt: quodnam mortis genus præcipuè in animalibus his 5.
obſervandum. Lex divina, & quidem in ſpecie criminis So- 6.
domiæ, pœnam expreſsè non determinat, ſed ſimpiiciter dicit: pecus quoque cum homine occidite. *Levit. 20. v. 15.* Jus Canon 7.
quoque de ea ſpeciatim non cavit. *d. c. mulier. 15. quæſt. 1.* Va- 8.
riarunt & mores gentium, ut ex ſupra dictis p tet. Pœna 9.
itaque in poteſtate judicantis poſita videtur, ut, quacunque velit, Judex, ejusmodi animal abſumendum ſtatuere poſſit. Quo
fortè motus Clarus, *recept ſent. quæſt. 99. n. 8. Ego, in caſu*, in- 10.
quit, *quo homo ſe cum beſtia carnaliter commiſcuit, ſi comburendus aut ſuſpendendus eſſet, facerem pariter cum homine animal irrationale vel ſuſpendi, vel comburi*: Quales etiam executiones, quibusdam obſervatas, non improbare videtur Zieriz. *ad Conſt. Carol. d. art. 116.* Verùm quum tales pœnæ non in tor- 11.
turam conſtitutæ ſint miſerorum animalium, lege ſc. abolitione eorum contentâ; ſuſpendio, ſuffixione, aut ſimilibus actibus hodiè omninò abſtinendum eſſe arbitrer. Cum autem Conſti- 12.
tutio Carol. *d. artic. 116.* modum in hac ſpecie nefandi Criminis, combuſtionem videlicet, præſcripſerit, isque plerisque ferè Germaniæ Judiciis uſitatus ſit, vid. Carpzov. *pract. Crim. quæſt. 131. n. 16.* Mævius *ad jus Lubec. lib. 3. tit. 11. n. 16.* ab eo recedendum non eſt. Ita tamen ut & hîc rectiùs facere putem, qui vivicom- 13.
burio temperant, atque occiſa primùm flammis tradant, dictâ ſc. Carolina Conſtitutione id nuspiam in Brutis expreſsè requirente, quamvis velle quodammodo videatur Dn. Mævius *alleg. c. 11. num. 16.* & nonulli alii Atque hoc modo in Caſu Sodomiæ 14
cum ove perpetratæ, Ampliſſima Facultas Jurid. conſulta, (ab hominis facinoroſi vivicomburio ob graviſſimas rationes communiter abſtinens,) reſpondit a. 1657. In Peinlicher

Rechts-

Rechtsfertigung 2c. mit Vrtel zu Recht erkant / daß Beklagter dem Nachrichter an ſein Hand und Band gelieferet / vom ſelben auff die gewohnliche Richtſtatt geführt / und daſelbſt wegen begangner Mißhandlung jhme zu wolverdienter Straff / anderen aber zum abſcheulichen Exempel mit dem Schwert vom Leben zum Tod gericht / und nachgehendes mit Feur verbrandt werden
15. ſolle. Quod ipſum in pecude quoque obſervatum eſt, quamvis Ampliſs Colleg. id, quod de Bruto abolendo reſpondet, in ſententiam inferre non ſoleat, ſed aliàs in reſponſo ſemper mo-
16. nere. Quid ſi ordinaria pœna comburii ceſſet, in homine, isque capite ſolum truncari jubeatur? Reſpondit item Ampliſſima Facultas, A. 1658. in caſu Sodomiæ Criminis attentati: Quòd ſi, ex juſtâ & rationabili causâ, Sodomitam non pœnâ ordinariâ, ſed tantùm extra ordinem capite truncari contingat, Brutum quoque animal, ſecundum Dd. opinionem, abſque combuſtione occidi, atque è medio tolli debeat: Iſt mit Vrtheil zu Recht erkant / daß peinlich Beklagter wegen begangner groſſen Mißhandlung / von dem Scharffrichter an ſeine Hand und Band genommen / auff gewohnliche Richtſtatt geführt / und daſelbſt jhme zu wolverdienter Straaff / andern aber zum abſcheulichen Exempel / mit dem Schwert vom Leben zum Tod gericht werden ſolle / 2c. Angeſehen aber daß in præſenti caſu der peinlich Beklagte wegen ſolch ſeiner begangenen und bekanten Verbrechung / angeregter Vrſachen halber omiſsâ combuſtione mit dem Schwert vom Leben zum Tod gericht und geſtrafft wird / ſo ſolle das Vieh / mit welchem er zuſchaffen gehabt / nicht verbrendt /
17. ſondern zu Tod geſchlagen und vergraben werden. Quod ipſum tamen expreſſim in ipsâ ſententiâ monuiſſe aliàs morib. hujus loci adverſum eſt, ut ſupra dictum, & in modo allegato præjudicio his verbis monetur: und iſt ſonſt dieſer Landen nicht her-
18. kommen / ſolches auch in die Vrthel zuſetzen. Major apparet circa alteram, quæ de homicidio agit, ſpeciem, difficultas; dubio valdè exiſtente, ſintne ejusmodi animalia Bruta, quæ hominem deſtruxerunt, morte præcisè abſumenda, an noxæ dando, aut ſol-
19. vendo quod intereſt, hodiè liberari poſſint? Priori opinioni inſi-

ſtit

ſtit lex divina, mortem hoc caſu expreſsè & ſpeciatim determinans, *Exod. 21. v. 28. Geneſ. 9. v. 5.* eamque, utpote ad abſterrendos homines, beſtiarum more feroces, latam (vide Rivetum *ſupra alleg. loc.*) Judaicæ Reip. limitibus non contineri, ajt Ludov. Dunte *in caſibus conſcientiæ, cap. 10. ſect. 2. quæſt. 15.*
Cui & gentium conſonant mores, & locorum veteres conſuetudines, quæ partim ſuffigi, partim ſuſpendi animalia talia juſſerunt, pleræque è medio tulére. vid. Petr. Æhod. *rer. Iudic. l. 5. tit. 16., cap. 4. & 6.* Unde & Horat. Carpanus *in Nov. Conſt.* 20.
Med c. homicida. pr. n. 79. animal Brutum, hominem occidens, puni- 21.
ri vult ut homicidam. & refert Matth. Stephani, *d. tr. de Iu-* 22.
risd. c. 6. n. 166. Guidonem Pap. *in quæſt. Delph. 238.* teſtari, quod viderit porcum ſuſpenſum, quia puerum interfecerat. Al- 23.
teri conſentaneum quodammodo Jus Civile eſt, quo tale Brutum vel noxæ dari, vel damni æſtimatio præſtari jubetur, *tt. ſi quadr. paup. fec.* aut ſi genitali feritate hominem interemit, mulcta detentori imponitur, *l. 40. l. 42. de Ædilit. Ed.* vel denique extra ordinem pro modo admiſſi punitur, qui talem feram circumfert. vid. *l. fin. de extraord. Crimin. ibique Gl. & Dd.* pœ-
nâ ſc. utrinque in dominum derivatâ; quod ipſum & Saxonica 24
Jura ſuo modo ſequuntur, & vel noxæ dationem, vel liberationem Werigeldo præſtito, concedunt. LandR. ljb. 2. artic, 40. Weichbild. art. 121. Geſchicht jemand Schad von eines Manns Pferd oder Schwein / oder andern zahmen Thieren / will es ein Mann verantworten / der mag es thun / und den Schaden ꝛc. Nimbt der Herr das Thier nach der Zeit / als er erfahret daß es Schaden gethan / wieder an ſein gewehr / er ſoll den Schaden gelden nach ſeinem wehrgeld / ꝛc. Schlägt er es aber aus / und hauſet und hofet es nicht / noch ätzet und träncket es nicht / ſo iſt er Un-
ſchuldig an dem Schaden. Add. Carpzov. *pr. Crim. quæſt. 131.* 25.
n. 17. 21. & ſeqq. Nemeſis quoque Carolina eum tantùm punit, qui animal ad nocendum proclive retinet, nec damnum debito
modo præcavet, *art. 136. & 150.* Ad deciſionem rei quod at- 26.
tinet, non dubito, quin cum lex hæc Judaica, Forenſis, civilis fuerit, agnoſcente hoc & ipſo Joh. Seldeno, *d. c. 4.* adeoq; Reſp.

 Chriſtia-

Chriſtianas ad ſui obſervationem non adſtringat, recedi
27 ab eá licitè poſſit. Quo reſpectu & ſupra allegata jura, & quorundam locorum conſuetudines hodiè fecere divortium; Exiſtimem tamen rationis eſſe, ejusmodi Brutum non ſolùm ad futura damna præcavenda, ſed & quòd ſanguine humano contami-
28. natum inviſum præbeat aſpectum, omninò è vivis tollendum eſſe; huc que Scabinatûs Saxonici Reſponſa ferè coincidunt, ut refert Carpzov. *pract. Crim. d. quæſt. 131. n. 22.* Hat Hanſen Börners Rammelochß am 22. Junii früh gegen 6. Uhr das Viechmägdlein von 12. Jahren/ Lorentz Franckhens / eines Fleiſchhawers Tochter / auff der Wäid erſtoſſen und umbgebracht / ꝛc. ſo iſt er des Entleibten Mägdleins Vatter zuerlegen ſchuldig / zu verbüeſſen verpflicht / und mag hierüber/daß er den Ochſen bey zeithen nicht abgeſchafft/ungeachtet er doch wol gewüßt daß er ſtößig geweßt/ wilkhürlich entweder umb vier newe Schock / oder 14. Tag lang mit Gefängnus in Straff genommen werden / und iſt hierüber die in dieſer Sach auffgewandte Unkoſten / auff vorhergehende liquidation und Richterliche ermeſſigung zuerſtatten / ſo wol auch den Ochſen abthun zulaſſen ſchuldig / damit ferner Schad verhütet werden möge. V. R. W. Item *num. 25.* Ob nun wohl Adam Schmid / alß des Ochſens eigenthumbs Herr / ſich deſſelben ferner nicht anmaſſen will; dieweil er aber dennoch in keiner Abred ſeyn kan/daß der Ochs ſo ſeine Schweſter umbbracht / zuvor auch den Koller gehabt / und er jhn gleichwol nicht abgeſchafft / ꝛc. So mag er ſich gleichwol durch euſſerung deß Ochſens der verwürckten Straff nicht entbrechen / ſondern er iſt der umbgebrachten Magd nechſten Freünden ein halb Wehrgeld zuerlegen / wie auch die in dieſer Sach auffgewandte Unkoſten zu erſtatten ſchuldig / und mag hierüber entweder 12. Tage lang mit Gefängnus / oder umb 4. newe Schock geſtraffe werden / der Ochß aber
29. wird zu verhütung fernern Unglücks billig abgethan/ꝛc. Illud quoque expeditum nondum eſt: publicè ne, & manu carnificis, tale animal deſtruendum ſit, an á lanione ma-
30. ctati carnis & corii uſum facere liceat? Quoad ſpe-

ciem

ciem primam, Sodomiæ nempè, res ex antea dictis claret. In 21.
altera quoque, homicidii nempè ſpecie, ſi legi inhæremus Mo- 32.
ſaicæ, executio publicè facta; id enim lapidatio non ſolùm, ſed
& expreſſa prohibitio, ne carne ejus veſcantur, innuere vide
tur; Non morante, quòd ex lege Ceremoniali, quæ ſuffocato,
quale hîc, veſci prohibet, cauſam ejus quidam deducant; Ratio
etiam Politica, quæ tunc ſubeſſe viſa, ut exemplo ſit homini-
bus atrocitas facinoris, omninò requirit. Verùm ſi Judicia ho 33.
dierna & mores noſtros reſpicimus, in poſteriori hac ſpecie,
plerisque contrarium obſervari apparebit, atque tale animal Bru-
tum vel privata manu mactatur, carne ejus quandoque paupe-
ribus conceſsâ, vel etiam excoriatori traditur. Referri hûc quæ-
ſtio poteſt: an, cùm pœna lege Moſaica præſcripta, in 34
aliam mutari hodiè poſſit, excommunicatio etiam,
pro qualitate ſcil. rei & animalis, locum habere poſſit?
Cujus rei conſuetudinem in Provinciâ quadam Burgundiæ, no- 35.
mine Belna, vigere, refert Barthol. Chaſſan *Conſ. 1.* imò ferè
integro tractatu, quo operoſus planè eſt, & vires omnes in hâc
defendendâ inſumit: nec ſolùm an excommunicatio illa, utpo-
te in animalia irrationalia, quæ nec peccârunt, nec peccaſſe po-
terant, extra Eccleſiæ quoque ſinum conſtituta ſint, fieri jure
queat? prolixè & in utramque partem diſputat; Sed & an cita- 36.
ri, & quidem realiter, an verbaliter, debeant? an item per pro-
curatorem comparere poſſint? quis denique competens illorum
Judex? curioſè magis & feſtivè, quàm utiliter quærit. Inte-
grum Proceſſum, unà cum ſupplicationibus ridiculæ gentis, in
compendio exhibet ſupra memoratus Magnif. Dn. Thomæ, *in
tract. de noxiâ animalium, cap. 27. num. 40.* quo lectorem
remiſſum volumus, reſponſionem tanquam in re
minus neceſſariâ eodem re-
ferentes.

CA-

Cap. VI.

De

Fine & Effectibus.

1. FInem denique ſubjungo & Effectus: Illum in deteſtatione rei, & abolitione ejusdem memoriæ poſitum, dico, quem emendatio hominum & Reipub. tranquillitas, ut legitimæ ſoboles, & effectus ſuam cauſam, pulchro planè ordine, conſe-
2. quuntur. Cùm enim hominis occiſi non levis culpa ſit, quippè cujus ſanguinem ab omni animantium genere exigat DEUS, *Geneſ. 9 v. 5.* Deterrimum autem Sodomiæ crimen, naturæ humanæ adverſum, cùm Deum etiam ſeverum vindicem habeat, qui propterea bella non ſolùm & calamitates immittere mortalium generi ſoleat, ſed & Gentes & Nationes ob id delere funditùs, teſtante Scriptura *Geneſ. 19. Nov. 77. 141.* Sanctiſſimus non ſolum Legislator, ſed & eum ſecuti alii, talibus meritò pœnis illud coercendum ſtatuerunt, quæ in oculos hominum manifeſtò incurrere, & atrocitatem rei demonſtrare evidenter poſ-
3. ſent. In Bruta igitur animare Leges viſum eſt, eaque cum per ſe non poſſint pœnis ſubjici, quippè nec peccati rea agi, ad deteſtationem nefandi facinoris, & ne viva obambulando indignam refricarent rei memoriam, vindictâ publicâ everti ac deſtrui juſſa ſunt; Abominando prorſus homini exemplo, ut atrocitatem rei indè agnoſcat, ac cavere diſcat, nec audeat delinquere, in
4. quo & Bruta animalia non impunita dimittuntur. Cumque pœnarum fructus omnium maximus ad exemplum pertineat, monente Bodino, *7. de Rep. c. 4. num. 21.* cum JCto *in l. 28.*
5. *§. penult. juncta l. 20. ff. de pœnis, & l. 31. pr. ff. depoſ.* dubium non eſt, quin & hinc emendati homines, atque exemplo deterriti, benè agere & Reip. vivere ſtudebunt; quæ & ipſa ſic expurgata malis, & ſemotis periculorum ſeminibus florere incolumis

lumis poterit. Quæſtio hinc enaſcitur: annon conſultum 6.
magis foret, ſi extet rei memoria, quàm ut aboleatur? atque hinc, ut teſtimonium atrocitatis & terroris tantò magis hominum oculis obverſetur, & ad poſteros quoquè proferatur, reliquiæ iſtorum animalium certis locis affigantur? Quomodo aliàs in enor- 7.
mibus delictis verſari conſuetum eſt, ubi corpora reorum in partes diſcerpta certis locis ſuſpenduntur & affiguntur, ut famoſorum latronum, *l. 28. §. 15. ff. de pœnis.* Vid. Damhoud. *pract. Crim. cap. 153. num. 13.* aut Ædib. ſceleſtorum hominum dirutis, earum loco columnæ eriguntur: Werden Schandſäulen auffgerichtet/ ut ſupra relatum ex Colleg. Crim. Petri Theodor. *diſp. 10 th. 3. lit. B.* Ad quod illuſtrandum Mediolani videre eſt 8.
marmorea tabula, quæ execrationis de quibusdam, qui peſte atroce ſæviente lethiferis unguentis huc & illuc ſparſis plures ad diram mortem compulerant, hanc inter alia memoriam exhibet perpetuam patrati deteſtandi facinoris: *Cujus rei memoria æterna ut ſit, hanc domum, ſceleris offi inam, ſolo æquari, ac nunquam impoſterum refici, & erigi columnam, quæ vocetur infamis. Procul hinc! procul ergo boni Cives, ne Vos infelix, infame ſolum commaculet.* M DC XXXI Kal. Aug. &c. Et exem- 9.
plum hujus loci proprium exhibet Clarus de eo, qui caput equæ ab homine initæ abſcindi, & in loco eminente affigi juſſit, *Recept. ſent. quæſt. 99.* Verùm cum abolitio memoriæ ſpecialis 10.
ſit in factis obſcænis, *cap. 3. & 4. cauſ. 15. quæſt. 1.* rectè hic diſtingui puto cum ſæpè memorato Dn. Thomæ *tr. de noxiis animal. cap. 27. num. 29.* ut in atrocibus quidem cæteris factis omninò tale ſupplicium irrogetur, poſt quod facinoris puniti conſervetur memoria, atque homines, conſpectis noxæ reliquiis, ea fugere moneantur; In his verò, quæ manifeſta cum obſcænitate 11.
conjuncta ſunt, & audita facile per incaſtas aures impuræ carnis titillationem excitare queunt, multò ſatiùs abolitionem rei fieri, ne, extantibus veſtigiis, cauſa & anſa extare peccandi videatur, & ſcientia pœnæ, de ſcelere nefando ſumptæ, plus no-

12. ceat, quàm ignorantia ipſius facti. Unde Veteres talia delicta nefanda & eſſe & dici, non ſine prudenti conſilio voluerunt; ſcilicet, quòd præſtet de iis tacere, quàm fecem carnalium vitiorum detegere. Bened. Carpzov. *in pract. Crim. quæſt. 76. n. 3.*
13, Paucis ergo Brutum tale homini, ſive per ſupplicium ob facinus, ſive per ipſum, è vivis exempto, leges ſuperſtes eſſe volunt, tum ad evitandam offenſionem atque exitium, tum ne recrudeſcat ignominia, tum etiam interdum in pœnam Domini, qui beſtiam negligentiùs cuſtodiit. Joh. Selden *d. cap. 4.* Rivet. *Oper. Theol. Tom. 1, in cap. 9. Geneſ. Exerc. 59. & in Exod. cap.*
14. *21. n. 28. & ſeqq.* Ad effectum hujus Meri Imperii & hoc pertinet, quòd ſi legibus Merum Imperium in Bruta quoque armatum eſt & formatum, uti in Sodomiæ crimine id ubique factum audivimus, tunc is, cui id competit à Majeſtate conceſſum, ſine Domini, aut ullius, Bruti hujus abolendi, poſſeſſoris, aut cujuscunque alterius impedimento, id exercere queat, ex conceſſo ſibi ſemel Jure, nec opus habeat Domini territorii, aut eius, penes quem in illa Rep. Majeſtas eſt, ſpeciali permiſſione, *l. un. C. de Theſaur.*
15. Uti igitur Merum Imperium, ſeu criminalem Jurisdictionem, ut morib. loquimur, die Zentgerechtigkeit/ Malefiz Obrigkeit / Halßgericht / Blutbann / Hochgericht. aut ut in foro Saxonico appellari ſolet, altam Jurisdictionem habens, delinquentes prehendere, & captivos ducere poteſt, etiamſi alius in eodem territorio baſſam, ſeu Civilem Jurisdictionem habeat.
16. Bened. Carpzov. *prax. Crim. quæſt. 109. num. 84.* Ita ſine dubio & Bruta ita abolenda per executores capere & ad mor-
16. tem ducere, *arg. l. 2. de Iurisd.* Itemque Jus hoc remediis competentibus defendere, aut perſequi poteſt. de quib. Dn. Hahn *ad Weſemb. n. de Jurisd. n. 13.*

CA.

CAPUT ULTIMUM.

Contraria, Affinia & Cognata pertractans.

COntraria hujus Imperii ex generali materia petenda ſunt 1.
Affines & Cognatæ ſunt illæ omnes materiæ, quæ de da- 2.
mnis & noxiis animalium agunt, quibus lex aut noxæ animal dedere, aut æſtimationem noxæ, h. e. damni facti, quaſi ex delicto quadrupedis, dominum præſtare jubet: qualis eſt actio noxalis de pauperie. *tt. ff. ſi quadrup. pauperiem feciſſe dicatur.* Schneid. *ad d. t. Inſt. num. 1.* Joh. Selden. *d. loc. c. 5.* Actio de damno, quod 3.
animal ferox, juxta viam publicam habitum, dedit, ex Ædilitio E-
dicto. *l. 42. d. Ædil. Ed.* Quibus accenſenda extraordinaria illa, 4.
quæ in circulatores, ut vocant, ſeu circumforaneos illos, qui ſerpentes & beſtias circumferunt, *ex l. fin. ff. de extraord. Crim.* competit, quæ animalia, cùm ipſa per ſe damnum non dent, ſed ex aſpectu eorum & hinc concepto terrore illud conſequatur, in ordine ſunt cauſarum moralium, non Phyſicarum. Affinis eſt & illa ex *l. 12.* tabb. 5.
de paſtu pecorum, ſi citra culpam Domini aut cuſtodis tale pecus agrum alterius ſecundùm naturam ſuam depaſcendo damnum fecit: cujus luculenta veſtigia in ſacris. *Exod 22. v 5.* Vid. Rittersh. *Dodecad. cl. 2. pt. 3. cap. 38.* quod pro loci & temporis ratione variè, quandoque & pœnâ mortis inflictivâ punitur. vid. *d. tr. de noxia anim. cap. 30.* Ad cognata quoque refertur, quando non àb a- 6.
nimali, ſed in animal datur damnum: ut ſi injuriâ alterius pecus alienum occiſum eſt, quod ex cap. 1. Leg. Aquiliæ vindicatur præſtatione, quanti illud retro eo anno plurimi fuit, vid. *tt. J. ff. ac C. ad L. Aquil. & ibid. Dd.* Cognatis accenſeri & hoc poteſt, quan- 7.
do Imperium Merum per Bruta exercetur: Cujus exemplum in 8.
Sacris præbet leonibus objectus Daniel, *cap. 7. Dan.* & Romanis 9.
frequens illa (quanquam non niſi in ſervos & viliſſimæ conditionis homines uſurpata, Bachov. *ad Treut. Vol. 1. diſp. 3. th. 5. lit. d.*) damnatio ad beſtias, d. quâ *l. 11. §. f. l. 12. l. 28. §. pen. l. 20. ff. d. pœnis. l. 31. pr. ff. eod.* quâ miſerrimi homines, vel depugnare cum be-

ſtiis ad ſpectaculum aliorum coacti (de qua accipiendi ſunt *txx. in d. l. 29. & l. 31.* accuratè hæc ita ſecernente Budæo *in annot. ad pandect. ad d. l. 8. §. 11.* Add. Sichard. *ad l. 11. C. d. inoff. teſtam. n. 3.*) Vel ita prorſus ſine pugnâ dilaniandi iis ſub & objecti ſunt. *l. 3. §. pen. ff. ad L. Cornel. d. Sicar. L. 9. pr. ad L. Pomp. d. Parricid.* Vid. Matth. Steph. *lib. 1. cap. 8. num. 45.* Farinac. *in pr. Crim. part. 1.*
9. *tit. 3. quæſt. 19. num. 18.* Quo in ea Veterum Romanorum ſanctitas fuit, ut teſte Cicerone *pro Roſcio Amerino*, noluerint parricidæ corpus feris objicere, ne beſtiis quoque, quæ tantum ſcelus at-
10. tigiſſent, immanioribus uterentur. Cujusmodi pœna etſi inaudita inter Chriſtianos eſſe deberet, ejus tamen rei recentia ferè ex-
11. tant teſtimonia. Orientalium autém Regionum populis hæc ma-
12. ximè in uſu eſſe teſtantur Itineraria. Et horrendum tale exemplum cuidam Anderſenio in Aula Matrami Regis Inſulæ Javanæ, quæ cum Crocodilo Elephantem, terribiles beſtias, in hunc ſolum uſum aſſervat, viſum, refert Olearius *ad Mandelsloi Itiner. lib. 3. pag. 214. lit. d* quod quia breve, nec auditu frequens adeò, aſſcribam integrum & ſimul materiæ huic colophonem imponam. Ita autem ille: Duo fuere fures à beſtiis illis tunc conficiendi, quorum prior Crocodilum Executorem expectans, in hortum regium immiſſus eſt unâ cum ſacrificulo quodam, quo extructum illic hunc in finem theatrum aſcendente, ibique verba quædam ex libro, quem apertum tenebat, tacito murmure præeunte, adhibitis inſuper geſticulationibus & execrationibus quibusdam, beſtià repentè è lacu ſe proripuit, miſerumque hominem abreptum eò ſecum tulit. Alter dehinc, Elephanti, cujus dentes acuto ferro, cuſpidis in morem muniti, præda futurus, cum eodem, quo priùs modo, geſticulationes & incantamenta ſua perfeciſſet ſacrificulus, quaſi juſſibus ejus parens beſtia, ſubito motu in eum irruit, à quâ &, modo horrendo prorſus,
13. confectus eſt. Atque hæc ipſa ſunt, quæ prò virium & temporis ratione ex agro ὀλιγοχαλάμῳ colligere licuit. Lector benevolus errata, veniâ: omiſſa, affectu bono proſequetur. Ego DEUM meum, pro conceſsâ diuinitùs ope devotis precibus veneratus, in ejus laude deſino.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE